



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiorvm ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

709. An resignatio facta ex dolo sit nulla.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

&c. Cùmque conjecturæ in jure non sint definitæ, remittuntur arbitrio Judicis. Azor. loc. cit. Paris. n. 103. citans Menoch. de arb. jud. cas. 136. n. 1. Mandos. in c. 1. n. 23. & 24. de off. deleg. Ita ut vis & effectus probationum hoc casu dependeat ex arbitrio judicis, Tond. loc. cit. nu. 10. citans Gail. l. 2. observat. 93. nu. 6. & 7. juxta l. 3. in fine. ff. ex quibus caus. major in integ. Cùm totum negotium præsumptivum resideat in arbitrio Judicis. Paris. nu. 104. citans Mascard. de prob. Concl. 1052. num. 10. Card. Paris. conf. 66. n. 6. vol. 4. Porro ex quibus conjecturis probetur metus, vide apud Farinac. in fragm. v. metus. De cetero non posse probari metum contra judicem, dum is procedit jure; id quod tunc metus non censeatur injustus, ac consequenter teneat cessio, tradit Paris. n. 215. si verò judex procedat de facto contra jus, posse allegari metum, & illum censeari justum, tradit idem num. 216. pro primo citans Card. Paris. conf. 5. à num. 168. & seq. vol. 4. pro secundo Bartol. in l. si per impressionem. ff. quod metus caus. Natt. conf. 50. n. 11. &c.

Questio 706. An requiratur protestatio, quando fit resignatio ob metum ad effectum, ut ea postmodum possit annullari?

Respondeo negativè. Paris. l. 9. q. 1. nu. 170. citans Decium conf. 209. n. 6. ac dicens communem. Si tamen fiat protestatio, adjuvat probationem metus. Paris. ibid. nu. 191. citans Jo-And. in c. ult. de appellat. Cravet. conf. 114. in 6. non tamen sufficit absque alia probatione. Paris. n. 192. citans Bursat. conf. 72. n. 2. vol. 1. Alciat. conf. 367. n. 10. &c. Idem, nimirum quod adjuvet probationem, dicit Paris. n. 193. & 194. de protestatione clandestina, eoque magis, si jure timore imminente non fuit aulus publice protestari; quamvis, ut Paris. n. 195. & seq. protestatio talis clandestina nihil operetur in præjudicium tertii, v. g. in provisum de illo beneficio ex metu resignato, aut etiam præsentatum ex metu, quando, ut habet n. 198. Tertius ille probabiliter ignoraret talem resignationem factam fuisse per metum: Secus verò, si is de hoc sciret, vel etiam fuit causa ad metum inferendum. Nam sicut prodest talis protestatio clandestina respectu ejus, qui metum infert, ita quoque videtur prodesse contra eum, qui fuit causa, ut metus ille sit illatus in resignatione facta ad instantiam provisi. Paris. nu. 199. citans Decium conf. 209. nu. 7. Ruin. conf. 121. n. 19. & seq. ac dicens, se secundum hanc opinionem consuluisse, & putare se, ab ea non esse recedendum in judicando.

Questio 707. An metus, qui intervenit in resignatione beneficii, censeatur purgatus, si per multos annos Resignans reclamavit, & egit allegando & probando metum, jam resignationem?

Respondeo: Si metus cessavit, & non viget amplius causa metus, purgabitur metus per intervallum temporis, maxime, si aliquis actus sequatur, per quem argui potest libera voluntas & consensus, v. g. in contractu ex metu celebrato, si postea sponte facta solutio. Item in matrimonio contratto per metum, si sequatur (intellige, causa metus jam sublata) cohabitatio seu concubitus. Paris. cit. q. 1. n. 205. citans Mascard. de prob. concl. 1051. n. 35. Card. Paris. conf. 170. nu. 23. & seq. vol.

4. Alciat. conf. 5. num. 9. Abb. conf. 4. n. 35. & DD. in c. de muliere. de Sponsal. 6. Si verò viget eadem causa metus, semper metus durare præsumitur, & intervallum temporis aut mutatio loci illum non purgat. Paris. num. 206. citans Decium. conf. 209. n. 7. Abb. conf. 77. n. 14. Mascard. ubi ante, n. 34. ac dicens communem, uti id exemplificat n. seq. v. g. debitor carceratus præstare cautionem de solvendo coactus, dum carcere liberatus ex intervallo solutionem facit, solutio dicitur facta eadem causâ metus subsistente; nam si non solveret, posset rursus carcerari. Sic dum contractu venditionis celebrato ex metu, traditio rei vendita facta ex intervallo durante eadem causâ metus, traditio hujusmodi dicitur facta per metum. Sic si maritus uxorem verberavit, quia noluit consentire alicui instrumento, dum dein ex intervallo consensit, dicitur consensisse metu mariti. Mulier intrans monasterium ex metu, etsi in monasterio perseveraverit per plures annos, non videtur adhuc purgatus metus, si viget eadem causâ metus &c. sic qui ex metu resignavit beneficium, & dein durante eadem causâ metus non reclamavit, seu repetit beneficium, dicitur ex metu non reclamasse, seu non petiisse rescissionem. Quin & Paris. n. 21. citans Ferret. conf. 79. n. 12. Grat. conf. 47. l. 1. Socin. Jun. conf. 77. n. 91. vol. 1. &c. (Idque, etiam intercessisset juramentum. Paris. num. 212. citans Covar. in 4. decretal. p. 2. c. 3. §. 4. num. 1. Nattam. conf. 451. num. 3. &c.) licet actus demonstrans liberam voluntatem sequatur, adhuc præsumitur durare metus, & is actus ex eo fieri, si eadem causâ metus subsistat.

Questio 708. An allegari possit, & probari metus, si in literis resignationis dicatur, quod sponte & liberè?

Respondeo affirmativè. Paris. cit. q. 1. n. 213. citans Ruin. conf. 121. nu. 11. vol. 4. (qui etiam dicat, huic assertioni Papa non stari, & per consequens eam non nocere, si aliter rem se habere ostendatur) Butr. Imol. Vitalin. &c.

Questio 709. An resignatio facta ex dolo sit nulla?

Respondeo: Esse nullam, & jure damnari talem resignationem. Azor. p. 2. l. 7. c. 26. q. 3. Paris. l. 13. q. 3. nu. 1. citans Bellam. de permut. benef. p. 7. q. 3. n. 6. Rebuff. impr. cit. de resign. dolo. n. 1. &c. cum communi juxta gl. in c. suggestum. 7. q. 1. jus liquidum Canonicum abhorret vitiosum ingressum in beneficium. c. 1. & per totum. de eo, qui mutat in possess. in 6. Paris. ibid. n. 2. non est autem deterior ingressus quam dolo. l. 1. ff. de doli excep. Paris. n. 2. Idem est de resignatione facta cum fraude, quæ enim de dolo dicuntur, procedunt etiam in fraude; cum fraus & dolo sint synonyma. Paris. l. 13. q. 4. n. 1. ubi etiam n. 5. quod juxta Butrio. Anchor. Gemio. & DD. omnes in c. 2. de renanc. in 6. permutatio facta fraude sit nulla.

Questio 710. An resignatio facta dolo sit ipso jure nulla?

Respondeo affirmativè. Azor. loc. cit. q. 4. Castrop. cit. §. 5. n. 8. contra Paris. l. 13. q. 3. n. 14. citantem pro se Bellam. ubi ante, dolo enim tollit omnino libertatem, quam metus diminuit. Castrop.